



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

44. An vigore Concil. Trid possint Episcopi censuris ac aliis pœnis in aliquibus casibus castigart regulares? Et pro praxi 17. diversi casus in textu huius resolutionis adducuntur, & assignantur? Ex ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

Ratio est, quia antequam Regulares denuncientur, declarare Episcopus prius debet, eos in excommunicationem incidisse; declaratio autem hæc fieri non potest, nisi cognita causa, & citata parte; fieri enim potest, ut Regulares probent se in excommunicationem non incidisse.¹ At causa cognitio ad proprium iudicem pertinet. Ergo Episcopus incompetens iudex Regularium, non potest illos declarare, neque denunciare excommunicatos.

3. Aliqui vero limitant hanc secundam opinionem, vbi delictum propter quod excommunicatione lata fuit, notoriū mēt, tēmēt notiorum nullam cauſam R̄gularis habere, quamobrem se excusent; tunc enim quod declaratione opus non est, denunciant ab Episcopo etiam poterunt, ne alij eorum communione viventes in excommunicationem incident: & ita hanc tententiam ex multis rationibus probat Vigo-
linus de potest. Episc. cap. 29. §. 10. num. 2. & hanc opinionem videtur etiam docere Barbola de potest. Episc. part. 3. allegat. 105. num. 7. Vide etiam alios penes ipsos.

RESOL. XLIII.

An Episcopus possit ferre censuras in Regulares?
Et notatur, quod quāmuis Episcopus non habeat iurisdictionem in Monasteria Monialium, tamen ex iusta causa possit precipere suis subditis, ne intrent in predicta Monasteria Monialium exemptarum, & erunt valida censure.
Et advertitur, quod non potest Episcopus excommunicare, nec interdicere famulos Regularium sine mandato Pontificis. Ex p. 5. tr. 9. Ref. 4. 3.

§. 1. **L**ibet mihi respondere cum verbis Henrici Villalobos in summ. tom. 1. tract. 1. 6. diff. 5. num. 1. 3. vbi sic ait [Los Obisplos no pueden descomulgar a los Religiosos, si no es en las causas en que el Papa, o el derecho les hacen jueces delegados de los Religiosos, porque los Religiosos son exentos de su jurisdiccion por muchos textos, y Bulas. Si el Legado a latere puiere alguna discommunion en comun, aunque sea Paulina, no liga a los Religiosos mendicantes, si no es, que en ella se declare como concedio Nicolao V. El Obispo no puede descomulgar, ni poner entredicho a los criados de los frayles, mientras estan en su servicio sin special mandato del Romano Pontifice, y aunque lo hagan, no hazen nada por vn. Precio de Alejandro IV. concedido a la Orden de San Juan.] Ita ille, vide etiam Henriquez lib. 7. cap. 2. 5. num. 7. in gloss. L. Porrel in dub. regal. ver. Episcoporum. 5 & Aloysum Bartolomaei Aphor. lit. E. ver. Episcoporum, §. 3. quod fallitur in quibusdam casibus.

2. Notandum est tamen hic cum Moscofo in summa, tract. 6. cap. 5. num. 6. quod [aunque el Obispo no tenga iurisdiccion en vn Monasterio de Religiosas, exentas de su iurisdiccion, por iustas causas puede mandar el Obispo a sus subditos con censuras, que no entren alla, y seran validas.]

RESOL. XLIV.

An Vigore Concilii Tridentini possint Episcopi censuras, ac alijs panis in aliquibus casibus castigare Regulares?
Ex pro p. ari. 17. casus in textu huius Resolutionis ad-

ducuntur, & assignantur. Ex part. 11. tract. 1. & Misc. 2. Ref. 2. 2.

§. 1. **C**uppono, Regularem in multis casibus in Conclilio Tridentino expressis Episcopis subiecti. Primus est, Nouitus Regularis subiectus est Episcopo in renunciatione suorum bonorum, ac etiam Professus si nollet reddere Nouitus exercitibus ante professionem omnia data illis a consanguineis, & Curatoribus, sess. 25. capite 16. de Re. gal.

2. Secundus est, si Regularis contra voluntatem Ordinarii celebret in Oratoriis particularibus, ex sess. 22. de observationis in celebrat.

3. Tertius est in sess. 5. eiusdem Concilij c. 2. de Re. format, in quo subiectus Regularis Episcopo, in persona licentia praedicandi.

4. Quartus in eodem c. Datur licentia Episcopo puniendo Prædicatorem prædicantem errores, & tandem, & hereles.

5. Quintus in sess. 6. cap. 3. de Reform. vbi dicitur Regularis degens extra monasterium, etiam praetextu priuilegiis lui ordinis non obstante, potest puniri ab Ordinario, si extra Claustrum delinquit.

6. Sextus in c. 4. sess. 2. 5. in quo habetur, Ne Religiosus exeat e suo Conventu etiam praetextu adeo praetextu, nisi beatitud. in scriptis obtenta, altera facientes possint puniri ab Episcopis tanquam delinquentes sui Instituti.

7. Septimus in eodem c. vbi statuitur, vt Regularis misus ad vniuersitates causa studij, habitet intra conuentum, alioquin ab Ordinario contra illum procedatur.

8. Octauus in c. 11. in quo decernitur, vt Reglaris qui habet in suis dominibus curam perlonatum facultarium, sit subditus Episcopo in visitatione, & correctione quoad curam, & administrationem Sacramentorum.

9. Nonus in eodem c. vt Praelati non possint ibi assignare aliquem ad ministrandum, nisi de confessu, & examine Episcopi.

10. Decimus in cap. 1. 3. eiusdem sess. vbi præcipit, ut Episcopus componat controversias, ac discordias omnes inter precedencias Regularium in processibus publicis, & in iis quæ sunt in tumulandis defunctorum corporibus, in deferenda vmbella, & aliis similibus.

11. Undecimus in eadem cap. 1. 3. vbi præcipit Regulari, vt vocatus ad processiones accedere tenetur, ad quas secundum antiquam locorum consuetudinem solitus est accedere, & ad illas, que vel pro bono pacis Ecclesiæ, vel pro victoria contra infideles instituuntur. Et in Bulla Pij V. que incipit, Epis. Mendicantium, interpretantis idem cap. 1. 3. sess. 2. 5.

12. Duodecimus in cap. 1. 4. eiusdem sess. in quo decernitur, vt Regularis viuens intra Claustrum, & scandaloſe intra illud delinquens, à Praelato, instanti Episcopo, intra tempus assignatum, ab Episcopo præfigendum, seuerè puniatur, ac de punitione Episcopum certiorem faciat, fin minus a Superiori priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit.

13. Decimus tertius in sess. 2. 3. c. 1. 2. iubet. Quod Regulare ab Episcopo examinetur ad Subdiaconatum, & ceteros Ordines Sacros suscipiendos, & quod anteatem ibi assignatum non illos suscipiat.

14. Decimus quartus in cap. 1. 5. in quo dicitur, Quod non possit Regularis audire confessiones Sacerdotalium, etiam Sacerdotum, absque examine, & licentia Episcopi.

De Dubiis Regularium. Resol XLIV. &c. 31

15. Decimus quintus in *sef. adem cap. 3.* vbi pro-
hibet, Ne erigantur in posterum noua Monasteria abs-
que licentia Episcopi illius Diocesis.

16. Decimus sextus in *cap. 1.* vbi praecepit, vt Re-
gularis in suis Ecclesiis publicet, & obseruet censuras
positas per Sedem Apostolicam, & interdicta:
& haec etiam posita per Ordinarium publicet, &
feruet.

17. Decimus septimus in *codem cap.* vbi praci-
pit, vt obseruet etiam dies festos praecertos ab Or-
dinario.

18. Hoc supposito, Pater Bruno de *Prinilegio*.
Regularis, tract. 2. c. 5. propof. 2. afferit, quod vbi rece-
pum est Concilium, Regulares non subiiciuntur
Episcopis nisi ad summum in sex dictorum septen-
tionalium casibus, quoniam Decreta Concilij Tridentini
non derogant priuilegios Regularium, nisi specia-
liter adhuc clausulam, *Non obstantibus, &c.*
aut aliquid aequivalent; sed haec clausula non est ap-
posita, nisi in sex ex dictis casibus, videlicet in 2. 4. 5.
10. 13. & 14. Ergo Episcopo non subiiciuntur, nisi
in illis sex.

19. Obiectio, in fine Decretorum *sef. 2. 5.* quæ re-
gulares respiciunt, apposita est illa Clauſula genera-
lis, *Non obstantibus, &c.* ergo illi subiicitur Regularis
in dictis illis 17. casibus. Respondetur, illam clauſula
nihil operari, nisi praecedentium specialium
clauſularum derogatoriarum decretis, Conciliū ex-
prefte appositorum confirmationem. Quod confir-
matur ex sententia communi, & ex Canonistarum
axionate, quod generi detrahitur per speciem, non
vice versa: Dixi in propositione, Regularem in sex
casibus ad summum subiicit Episcopo: nam admis-
sum probabile est, imo & certum existimo, non
subiicit Regularē Ordinario in quarto, quinto, &
decimo casibus, cum in quarto, & quinto clauſula
non obstante excludat tantum prætextum priuile-
giatum, non autem vera priuilegia: & superius
oftenimus Episcopum nihil posse aduersus Regula-
rem in illis quarto, & quinto casibus; nec etiam in
decimo; cum clauſula excludat tantum quæcumque
priuilegia, sine specificatione priuilegiorum Regu-
larium, qui terminus nimis generalis est, vt exclu-
dat priuilegia Regularium, sicut probatum est in Tracta-
tu de Priuilegiis, ac iuxta eam sententiam Regularis
subiicit Ordinario in tribus proximè ponendis ex
17. illis casibus.

20. Primus, si contra eius voluntatem in Orato-
riis particularibus celebret. Secundus, in examine ad
Subdiaconatum, & cæteros Ordines Sacros susci-
piendos, & in susceptione illorum quoad statem à
Concilio assignatam. Tertius in licentia audiendi
confessiones. Quid autem in illis tribus casibus sen-
tendum sit, ostendam alibi. Monendo in pre-
lendarum Lectorem, quod Tridentinum caret in
dictis tribus casibus, clauſula specifica, & nomi-
nati priuilegiorum illis casibus contrariantur;
quam tamen in tractatu de Priuilegiis in communis
dinximus ad reuocationem necessariam. Hæc omnia
Bruno.

21. Sed postea plus addit in *propof. 3.* nempe po-
sto quod Regularis in illis 17. casibus Episcopo sub-
iicitur, non posset tamen censuris cogi, aut aliis
penas castigari. Esi concederetur posse Ordinarium
censuris, & penis cogere, & castigare Regularē;
non propterea id posset censuris & penis in omni-
bus illis casibus; sed dumtaxat in duobus primis: In
quinkque vero proxime sequentibus, penis dormita-
xat, non autem censuris: In aliis vero sequentibus
decem casibus, nec censuris, nec penis. Ratio il-
lus dicti est, quoniam in istis non exprimitur fa-

cultas concessa Ordinario cogendi Regulares censu-
ris, & penis; ac propterea iuxta dicta in Superioribus non poterit penis, aut censuris illos cogere. Ita Bruno.

22. Sed licet sit difficultas inter Doctores, An Re-
gulares possint censuris compelli ab Episcopis in
superioribus casibus, & aliqui probabiliter afferant
posse solum in his, in quibus Concilium Specifice
id eis concedit; tamen omnes concordant contra
Brunum, posse Episcopum in aliis casibus pena ar-
bitraria illos punire, & ita Merolla *tom. 3. disput. 7.*
c. 8. dub. 13. num. 209. docet Regulares, non acce-
dentes ad processiones posse puniri ab Episcopo ali-
qua pena arbitraria, quia, ait ille, Tridentinum
in hac materia subiicit illos Episcopis etiam quoad
vim coactuam; Et ita doceunt Doctores communiter;
Et quidem in hoc, & aliis casibus nobis labo-
randum est eximere Regulares, vt non possint com-
pelli ab Episcopo cum censuris, nam aliqui in om-
nibus casibus superius positis posse hoc Episcopos
efficere constanter tenent, vt Solorzanus de *India-
rum Iure tom. 1. lib. 5. cap. 17. num. 57.* Salgadus de
Protect. Regia part. 2. cap. 9. num. 109. Themudo to-
mo 1. decif. 6. 2. num. 1. 1. Gratianus in *decis. 1. 32. Mar-
chia num. 15.* Campanili in *Divers. Iur. Rubr. 12. ca-
pite 13. num. 167.* & alii; licet ego alibi contrarium
sentiam. Vnde Machadus *tom. 2. lib. 4. part. 6. tra-
ctatu 10. n. 4.* sic ait, [Dudan los Doctores, si el Obis-
po para castigar al Religioso delinquente en los ca-
sos referidos, en que el Concilio le concede facul-
tad para ello, pueda proceder con censuras? Rodriguez siente que si: Sanchez, y otros con mas prob-
abilidad defienden que no: porque el Concilio no
lo expresa: siendo asi, que quando ha querido con-
ceder esta potestad a los Obispos lo ha expreso.]
Ita ille. Sed de hac materia à nobis * in hoc Tractatu
actum est, loquendo de Processionibus; vide Docto-
res ibi citatos.

Alibi in Re-
solutionibus
not. præteri-
te & seq. &
signante in
Ref. 2. & 3.
not. seq.

*In hoc Tr.
in Ref. quæ
hic est suprà
39. per tota
& in R. f.
36. & 37.

RESOL. XLV.

An Episcopi possint censuris, & aliis penis punire Re-
gulares in iis, in quibus illis à Sede Apostolica sub-
iiciuntur? Ex p. 7. tract. 1. 2. & Milc. 3. Refol. 29.
alias 27.

§. 1. N égatius respondet P. de Bellis in *Alleg. sa-
pius citata. part. 1. Assump. 5. num. 1. &
seq.* vbi sic ait: [No tan solamente con censuras, pero
tan poco con otras cualesquier penas puede el
Ordinario castigar a regulares, aun en casos, en los
queles le estan fugatos, si Concilios, i Pontifices no
hacen expresa mencion, de que los pueda castigar: i
el castigarles pertenece priuatiuè, a sus Superiores,
o a los Pontifices, Abbas cap. fin. num. 5. vers. si vero
populus de Clericis peregr. Bartol. *Duo Pio in prin. ff.*
de re ind. Cokier *tom. 1. part. 4. 9. 33. num. 2. 1.* Card.
Zabar, & Lapis in *cap. Archiepiscopo, s. fin. num. 5. de*
priuilegiis, dizen: Episcopus agere debet coram Su-
periore exemptorum, vt eos cogat ad parendum, &
non parentes puniat. Mas, lo fundo en priuilegios en
presumptions, en Derecho, i Declaraciones de la
Congregacion.]

2. [Primo lo fundo en priuilegios: los hai de Sixto IV. a Padres Dominicos:] Decernimus quo scum-
que processus, qualius penas, & sententias genera-
les & especiales continentis, promulgatas contra fra-
tres, & domos eorum, nullius roboris, & momenti esse. In libro Priuile. Ord. Prædic. f. 5. 8. Otro se-
C 4 mejantes